Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-847726-p0001-5

Constat. 2 fl. 4 ggl.

Sammelbd

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-847726-p0002-0

39

AVSPICIIS
RECTORIS ACAD. MAGNIFICENTISSIMI
SERENISS. PRINCIPIS AC DOMINI
# DN. FRIDERICI AVGVSTI
PRINCIPIS REGII ET ELECTORATVS
SAXON. HEREDIS
DE
# אשם
Sive
# SACRIFICIO PIACVLARI
## PRO NOXA
# OFFERENDO,

*Ad Diem Jun.* cIↃ IↃ CCXVII.
Horis Pomeridianis
Diſſerent
PRAESES
## M. JOHANN HENRIC. ERDMANN,
*Gothanus.*
&
RESPONDENS
## M. JOH. GEORG. HEINSIUS,
*Palaeo-Gottera-Thuringus.*
DISSERT. TERTIA.

---

*VVITTEBERGAE SAXONVM,*
EX OFFICINA CHRISTIANI SCHROEDERI, ACAD. TYPOGR.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-847726-p0003-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-847726-p0004-1

## XIX.

Lucrum quum quis ex אשם feciſſet; (*a*) alio ſacri-



(*a*) Scriptura dicit מעל quod LIGHTFOOTUS Sacrilegium interpretatur. Peculiarem ſignificatum haec vox habet, de ſacrificiis uſurpata, cum alias peccatum in genere denotet. Conf. II. Eſr. XIII. 27. Quod ad ſancta levia attinet, locum habebat ſacrilegium poſt ſparſum ſanguinem: in ſanctiſſimis vero facilius hoc admittebatur flagitium, qvum a deſtinatione ſubjecta eſſent praevaricationi MAIMON. *Meil.* C. II. §. 6. חטאת בהמה ואשם ושלמי צבור מועלין בכולן משהוקדשו עד שיזרק הדם נזרק הדם מועלין באימוריהן עד שיצאו לבית הדשן ואין מועלין בבשר: *Sacrificium pro peccato ex quadrupede oblatum, & illud pro noxa, ſalutaria item pro integro coetu, ſubjecta ſunt ſacrilegio a deſtinatione ad uſus ſacros, usque dum ſanguis ſparſus fuerit: hinc circa partes comburendas, donec delatae fuerint ad locum cinerum: circa carnem vero haec obſervanda non ſunt.* De ſanguine vero ſequentia refert l. c. §. 10. כל דמי שחיטת הקדשים אין מועלין בו בין לפני כפרה בין לאחר כפרה עד שיצא לנחל קדרון מועלין מפני שהיה נמכר לגננות ודמיו הקדש: *Sanguis ex rebus ſacris, mactatis profluens, non eſt ſacrilegio obnoxius neque ante neque poſt confectam expiationem, donec in torrentem Kidron devolutus fuerit. Si enim illuc pervenerit,*

ſacrificio, ejuſdem ſpeciei, ſuperaddito, crimen expiandum erat. (*b*)

XX. Ille-

*nerit, omnino ſacrilegium committunt, qui vendunt in hortos* (ad ſtercorandum), *ideoque pretium datum eſt ſanctum.*

(*b*) *Cap. IV.* ובאשם בין שנודע לו שמעל קודם שקרב אשמו או אחר שקרב תפול מעילתו וחומשה לנדבה מפני שהוא כמותר אשם ויביא אשם מעילתו: *Si quis ſacrilegium commiſerit in ſacrificio pro noxa, ſive ipſi fuerit notum ante ſive poſt oblationem, lucrum una cum quinta parte reddatur arcae, Eleemoſynis recipiendis conſtitutae, quia iſtud conſideratur ut relictum ex ſacrificio pro noxa: poſthaec offerat etiam aliud pro noxa.* Quaedam vero leges circa ſaerilegium ejusque pœnam latae vel ab ipſo Deo, vel a cautis Judaeorum doctoribus promulgatae ſunt, non diffitente MAIMON. *l. c. C. 1. §. 6.* יש דברים שאין חייבין עליהן מעילה מדברי תורה אבל אסור ליהנות בהן מדברי סופרים והנהנה מהן משלם קרן בלבד ואינו מוסיף חומש ואינו מביא אשם: *Sunt quaedam quae lex non pro ſacrilegio habet, quibus tamen lucrari prohibitum eſt, legibus ſcribarum; ex quibus qui lucrum facit, reddit ſummam tantum capitalem; quintam vero partem non addit, nec Aſcham offert.*

Sacrilegium v. locum hic habebat tum ante tum poſt oblationem ipſam. Hinc *Keſeph Miſchne* ad MAIMON. l. c. C. IV. §. 7. אם נהנה מדמי אשם עד שלא קרב אשמו יוסיף חומש ויביא בדמיו

---

*Si quis lucellum fecerit ex pretio τοῦ Aſcham, antequam id ipſum obtulerit, addat quintam partem & offerat iſtud, pretio antea conſtituto.* Et MAIMON. l. c. §. 6. המפריש שתי סלעים לאשם ולקח בהן שני אלים לחולין. הואיל וקנה חולין בדמי אשם מעל וחייב לשלם עשרה דינרים שהן שני סלעים וחומש ויביא בהן אשם ויביא קורבן אשם על מעילתו: *Qui deſtinaverit duos ſiclos ut pro iisdem ſacrific. pro noxa offerat, emit vero iſtorum valore, duos arietes ad profanos uſus; quandoquidem ſibi comparavit illos profanos pretio iſto, quod ſacrificio pro noxa acquirendo deſtinaverat, ſacrilegii reus eſt, hinc retribuat decem denarios, qui conficiunt duos ſiclos, addatque quintam partem, quo offerat ſacrificium pro noxa, itemque aliud ejusdem ſpeciei, quo ſacrilegium expiet.* Quae ſeqvuntur, cum notatu non in digna videantur, & hic adjiciamus. Pergit §. 7. אם נהנה מדמי אשם עד שלא קרב אשמו יוסיף חומש ויביא בדמיו אשמו ויביא אשם אחר למעילתו שקורבנות המזבח מעילתן לקורבנות המזבח וקדשי בדק הבית מעילתן לבדק הבית: *Si quis lucrum ceperit ex pecunia ſacrificii pro noxa, qvum nondum obtulerit illud, addat quintam partem, & pro hoc pretio offerat Aſcham ſuum, ſimulque aliud ſuperinducat, quod pro ſacrilegio redimendo faciat. Obſervandum autem quod ſacrificia ad altare ſpectantia, referant etiam ſacrificium illud, quod ad ſacrilegium in illis commiſſum, expiandum, fit, ad aram: Contra vero, quae ad inſtaurandum quotidie templum faciunt, referunt id quod illorum gratia offertur, ad templi conſervationem.* Ipſam etiam tonſuram ad *Meilam* refert C. I. §. 7. כל קדשי מזבח בין קד' קלים בין קד' קדשים אסורין בגיזה ועבודה שנ' לא תעבוד בבכור שורך

## XX.

Illegitimum (*c*) fiebat, qvum vel non rite mactatum (*d*) vel ſanguis non legitime exceptus; (*e*) vel

---

אלא תגוז בכור צאנך והוא הדין לשאר קדשים וגוזז את השור או תעבוד בצאן לוקה מן התורה: ותולש אינו כגוזז ויראה לי שאינו לוקה עד שיגוז: *Prohibitum eſt in univerſum ſancta, vel levia vel ſanctiſſima, tondere, vel eadem laboribus adſtringere, qvum dicatur Devt. XV. 19. ne ſubigas primogenitum bovem, nec tondeas primogenitum ovium: haec quoque eſt ratio reliquorum ſanctorum. Qui vero tondet bovem, aut ad opera cogit ovem, & ille vapulat ſecundum legem: at qui evellit (crines ſ. lanam,) non reputatur ut tondens, nec, quantum ego judico, fuſtigationem ſubit.*

(*c*) Diſtinguendum eſt accurate inter פסול & פגול Conſ. de poſteriori RAB. NATHAN. *Muſ. Aruch.* p. 136. & MAIMON. *Peſ. Hamokd.* C. ult.

(*d*) MAIMON. l. c. C. I. קדשי קדשים שנשחטו בדרום או שנתקבל דמם בדרום פסולין: היה עומד בדרום והושיט ידו וקבל הדם בצפון קבלתו פסולה. הכניס ראשו ורובו לצפון הרי הוא כעומד בצפון שחטה בצפון ופרכסה ויצאת לדרום אפילו הוציאה לדרום כשירה פרכסה ויצאת לדרום וחזרה לצפון ואח״כ קיבל דמה בצפון כשירה: *Sancta ſanctiſſima, quae ad latus, quod auſtrum ſpectat, jugulantur, aut quorum ſanguis ibidem excipitur,*

(e) vel ſiniſtre ſparſus eſſet, (f) vel ob miniſte-
rium

*tur, ſunt illegitima. Qui ad auſtrum conſtitutus, extenſa ad ſeptentrionem manu ſua, excipit ſanguinem, illegitima illa eſt ſanguinis exceptio. Qui caput, cervicemque porrigit ad plagam ſeptentrioni reſpondentem, reputatur pro ſtanti ibidem: qui mactat ad ſeptentrionem, & moriente trepidanteque animali, progreditur verſus auſtrum, ut ut ſecum trahat ad auſtrum, legitimum eſt: qui vero dum movet ſe animal ad auſtrum abiit, reditque ad ſeptentrionem, poſtea demum excipiens ſanguinem, non perdit ſacrificium.* TALM. *Sebach.* C.V. שאם לא שחטה בצפון פסול *Si non mactetur ad ſeptentrionem, illegitimum eſt.* Nec ſanctiſſimum ſuſpendere quidem licuit, quod affirmat §. 16. תלה הבהמה ושחט באויר העזרה פסולה שנ׳ על ירך המזבח עד שיפחוט בארץ היתה הבהמה בארץ ותלה ושחט והוא תלוי באויר בקדשי קדשים פסול: *Si quis ſuſpenſam in aëre victimam mactaverit, illegitima fit, quia ſcriptum eſt;* Lev. I. 11. *ad latus altaris. Quando vero mactabitur in terra, & victima proſtrata erit in terram: ſuſpenſa vero ſi mactetur, quum fuerit ſanctiſſima, illegitima eſt.*

(e) *Sebach.* l. c. עומד בצפון ומקבל בצפון ואם עמד בדרום וקבל בצפון פסול: *Poſitus ad ſeptentrionem, debet ibidem excipere ſanguinem, qui vero ad meridiem collocatus, ad ſeptentrionem exceperit,*

rium ſacerdotis ad ſacra facienda inepti, (*g*) vel cogi-

*rit, illegitimum reddit.* MAIMON. *Peſ. ham.* C. I. §. 24. קבל בכלי חול נפסל הזבח נשפך מן הכלי על הרצפה ואספו כשר אבל אם נשפך מצואר הבהמה על הרצפה ואספו ונתנו לכלי השרת נפסל הזבח: *Qui ſanguinem excipit vaſe profano, illegitimam reddit victimam. Qui effundit ex vaſe ſuper pavimentum & colligit iterum, non peccat; qui vero ex collo victimae ſanguinem in terram deſluere ſinit, & colligit, inditque vaſi, illegitimum facit oblatum. In Mechuſſ. Capp.* C. IV. אם שינה וקבל בשמאל תחלה פסל: *Si permutat dextram* (loquitur de ſacrificio lepra liberati) *cum ſiniſtra, ita ut hac primo excipiat, rejectaneum eſt.*

(*f*) RASCHI *Not. ad ſebach. C. II. p. 25.* ותנן זרק בשמאל פסל *Docent Doctores noſtri. (Conf. Cap. Col. happeſul. p. 22.) quod, ſi ſpargatur ſiniſtra, illegitimum fiat.* Valet etiam hoc de eo, quando quis non conſueto & a Deo praecepto loco adſpergeret, quae cum per ſe pateant, nolo prolixe Judaeos conſentientes afferre.

(*g*) Ineptos miniſterio, recenſent ipſae ſcripturae. Lev. XXI. 16. Excludebantur etiam qui nondum juſtam & a Deo conſtitutam aetatem impleverant MAIMONID. *Peſ. hamokd.* C. I. §. 27. כל הזבחים שקבל דמם אחד מן הפסולין לעבודה או שהוליך את הדם למזבח או זרקו למזבח כהלכתו נפסל את הזבח *Sacerdos miniſterio indignus, ſi excipit ſanguinem, aut ad altare affert, aut ſpargit, eo ipſo reddit illegitimam victimam.*

(*k*) Re-

cogitata ipſius mala, (*b*) aliaque his ſimilia quoddam quaſi vitium contrahebat.

XXI.

---

(*b*) Requirunt nimirum ut Pontificii, intentionem miniſtri. MAIMON. *Peſ. ham.* C. XIIX כל המחשב מחשבה שאינה נכונה בקודשים הרי זה עובר בלא תעשה שהרי הוא אומר לא יחשב: *Quicunque cogitavit ſacris minus aptum transgreditur praeceptum negativum, quia ſcriptum eſt. Lev. VII. 18. ne cogites &c.* Recenſet autem Cogitationes quae ille itimum reddere poſſunt oblatum *Idem Peſ. hamokd.* C. XIII. שלש מחשבות הן שפוסלין את הקורבנות ואלו הן מחשבת השנוי השם ומחשבת המקום ומחשבת הזמן. מחשבת שנוי השם כיצד זה השוחט את הזבח שלא לשמו כגון שהיה עולה ויחשב שהוא שלמים או ישחטו לשם עולה ושלמים או לשם שלמים ולשם עולה או ששחט הזבח שלא לשם בעליו זו היא מחשבת שנוי השם: *Tres ſunt cogitationes, quae illegitimam reddere pot rant victimam; Cogitatio de permutando nomine, cogitatio de loco, & denique etiam de tempore. Cogitatio de permutado nomine qua illa ratione fit? ſi quis mactat victimam alieno nomine; vg. ſi fuerit holocauſtum, mactans vero perſvaſum habet eſſe ſalutare, aut mactat nomine & holocauſti & ſalutaris, aut viceverſa, aut ſi mactaverit non eo nomine, quo offerentes mactatam volunt; haec eſt illa.* De altera haec ex Talmudicorum ſententia refert מחשבת המקום כיצד ששחט את הזבח לשמו על מנת לזרוק דמו או להקטיר ממנו דבר הראוי להקטירה חוץ לעזרה או לאכול ממנו דבר הראוי לאכילה חוץ למקום אכילתו זו היא מחשבת המקום וזבחים שחשב בהן מחשבה זו הם נקראים זבחים ששחטן חוץ למקומן *Cogitatio de loco quomodo illa ſeſe habet? ſi quis jugulavit victimam nomine quidem ſuo, ſed hoc pacto, ut ſpargat ſanguinem, aut adoleat partem in atrio comburendam, extra atrium; aut ut edat quicquam, quod eſu per-*

 mis-

# XXI.

Ultimo denique dicendum nobis eſt, de differentia, (*a*) quae inter חטאת & אשם deprehenditur.

*miſſum, extra locum conſtitutum; haec eſt cogitatio de loco, & victimae, quae huic cogitationi fuerant ſubjectae, dicuntur mactatae extra locum.* Ultimam denique ſic deſcribit. מחשבת הזמן כיצד כגון ששחט את הזבח לשמו על מנת לזרוק דמו מאחר שתשקיע החמה שאינו זמן זריקתו או להקטיר ממנו דבר הראוי להקטיר למחר מאחר שיעלה עמוד השחר שאינו זמן הקטרתו או לאכול ממנו דבר הראוי לאכילתו זו היא מחשבת הזמן וזבחים שחשב בהן מחשבה זו הם הנקראים זבחים שנשחטו חוץ לזמן והם הנקראים פגול בכל מקום וזהו פגול האמור בתורה: *Cogitatio de tempore, quomodo committitur? ſiquis v. g. mactarit victimam ſuo nomine, ea tamen lege, ut ſpargere velit ſanguinem poſt occaſum ſolem, quum non legitime tunc ſpargatur ſanguis, aut adoleatur quicquam de victima die ſequente columna aurorae conſpecta: Non enim adolendum aut comedendum quicquam, utut alias conceſſum, de victimâ, ſi tempus legitimum fuerit conſumptum. Haec eſt cogitatio de tempore, victima v. quae ſub hanc cadit, dicitur mactata extra tempus; & amplius abominatio, ubivis: hoc eſt illud abominandum de quo in ſcripturis mentio fit.* Nihil autem referebat haec talia cogitaſſe, niſi a ſacerdote miniſterio apto, & in quatuor iſtis primariis conſtituto actibus, ſcilicet mactatione, exceptione ſanguinis, allatione ad aram, & ſparſione ad eandem. Vid. MAIMON. l. c. C. XIV. §. 1. C. XIII. §. 4.

(*a*) OUTRAMO *haec quaeſtio difficilis audit.* LIGTFOOTUS T. I. Opp. p. 708. *Subtiliorem ac difficiliorem*

*horum*

ditur. Conveniunt omnino in nonnullis, (*b*) ita tamen ut non nomine tantum, (*c*) ſed & re-ipſa inſigniter ceteroquin a ſe invicem diſcre-

 pent.

*borum dicit diſtinctionem.* RELANDUS P. III. C. IV. *Antiqq.* ſentit, *quod nihil certi de hoc occurrat.* GUSSETIUS *Comm. Lingv. E. ſe in deſcribendo diſcrimine ſibi non ſatisfeciſſe* affirmat.

(*b*) Unde illud *Talmudiſtarum*, כחטאת כן אשם quod ſaepius RASCHI in *Not.* inculcat, MAIMON. repetit, ipſeque autor *Michl. Joph. ad Lev. IV.* obſervat אשם כחט. כמו חטאת Conf. *Lev.* V. Conveniebant v. g. in eo, quod ad Sancta Sanctiſſima utrumque referendum ſit; quod pro peccatis offerenda fuerant; quod ad reconciliandum Deo homines faciebant. Unde recte MAIMON. in *Peſ. Ham.* proponit illud ex *Maſſ. Sebach.* C. V. p. 57. חטאת ואשם אין באין בנדר ובנדבה Hinc factum eſſe videtur, ut PHILO, ipſius SIGONII judicio *de Rep. Ebr.* L. IV. C. II. doctiſſimus, in *Lib.* de *Victim.* haec duo pro uno habuerit. *Sacrificia omnia*, inquit, *ad tria redegit legislator, Holocauſtum, Pacificum, & ſacrificium pro peccatis.*

(*c*) Negare cum BONFRERIO vix poſſumus, quod ſcriptura חטאת & אשם habeat quandoque pro ſynonimis. Verum haec non obſtant quo minus differentiam inſignem agnoſcamus. Gen. IV. oblatio Àbelis dicitur מנחה, cum tamen חלב & מבכורות צאנו obtulerit, quod ad זבחים referendum, מנחה dicendum non erat, quum hoc ex fructibus oblatum fuiſſe conſtet. Quod ſatis probat Sacras ſcripturas unum interdum ſacrificium pro altero accipere.

(*d*) Ea

pent. (*d*). Et I.) quidem, ratione victimarum, ſive animalium pro diverſis his ſacrificiis, diverſorum. (*e*) II) ipſis peccatis expiandis. (*f*) III) ratione offerentis, (*g*) IV) ratione ipſius oblatio-

(*d*) Ea de cauſa MAIMON. *Peſ. hamokd.* C. XV. §. 4. חטאת ששחטה לשם זבח אחר כגון ששחטה לשם עולה או לשם אשם או לשם שלמים פסולה: *Sacrificium pro peccato quod mactatur nomine alterius, vg. loco Holocauſti, aut ſacrif. pro noxa, aut ſalutarium, illegitimum eſt.* Patet & hoc ipſum ex Lev. XIV. 12. 19. ubi in purgatione hominis lepra contaminati, duo haec diſtincta recenſentur ſacrificia ſigillatim offerenda.

(*e*) חטאות ovibus, capris, avibus, vitulis etiam aliquando conſtabant vid. Lev. IV. 11. 12. אשם vero ex arietibus tantum. Hinc MAIMON. *Themur.* C. I. §. 21. המקדיש נקבה לפסחו או לעולתו או לאשמו עושה תמורה: *Qui ſeligit animal quoddam foeminam, ut eo utatur pro Paſchate, aut holocauſto, aut ſacrif. pro noxa conſiciendo, committit permutationem.*

(*f*) Diverſa erant delicta, pro quibus חטאת & אשם offerenda. Illud quidem obſtare videtur, quod אשם תלוי eadem peccata expiarit; verum modus & ratio maxime diſtabant.

(*g*) In חטאת pro diverſitate offerentis, diverſa erat victima. Aliam enim Princeps; aliam ſummus ſacerdos; aliam univerſus coetus; aliam privatus offerre debebant: אשם vero conſtanter unum idemque. ABARB. *Praef. ad Lev. fol. 4.* a. Col. 1. באשם אין הבדל בין *In ſacrificio pro noxa,*

tionis. (*h*) V) ritibus obſervandis. (*i*) VI) ratione permutationis. (*k*) Ceterum ex infinitis fere ſententiis eruditorum, elegimus illam, maxime utpote probabilem, qua ſtatuitur, אשם pro levioribus, חטאת pro gravioribus peccatis offerenda fuiſſe. (*l*).

---

*noxa, nullum plane eſt diſcrimen.* Quodque magis mirum, ab אשם תלוי excludunt Judaei ſummum ſacerdotem. Vid. RELAND. Antiq. l. c.

(*h*) חטאות erant aliquando ſacrificia publica, אשמות nunquam. ABARBEN. *Comm. ad Lev.* f. I. b. col. I. אשם הוא קורבן יחיד ואין בכל קורבנות הצבור: *Aſcham eſt ſacrificium pro privato.* Et paucis interjectis; *nullum horum offertur pro caetu integro.* MAIMON. *Maaſ. Corb.* C. I. כל קורבנות הצבור הן עולה או חטאת ואין הצבור מקריבין אשם לעולם: *Sacrificia publica omnia ſunt vel holocauſtum, vel pro peccato; nunquam enim coetus offert ſacrificium pro noxa.*

(*i*) Sanguis דם אשם adſpergendus erat lateribus, duabus ſparſionibus, *Lev.* VII. 2. infra filum. *Num.* V. 6. דם חטאת vero Cornubus, & quidem quatuor diſtinctis vicibus adſpergendus: porro ſanguis דם חטאת poterat inferri ſancto ſanctorum, nunquam vero דם אשם.

(*k*) De Permutatione vid. *Lev.* XXVII. 10. 33. MAIMON. *Themur.* C. III. §. 1. תמורת החטאת תמות כמו שביארנו בפ"ה תמורת האשם תרעה עד שיפול בה מום ויפלו דמיה לנדבה: *Permutatum cum ſacrificio pro peccato, occidendum eſt. vid. Peſ. Hanokd. Permutatum vero cum ſacrif. pro noxa, paſcatur, donec fiat vitioſum; venditur enim, pretiumque refertur,*

*tur ad arcam Eleeomoſynis recipiendis ſacram. Vid. & Cap. IV. §. 4. it. C. I. §. 9.*

(*l*) Multae ſunt eruditorum, in hoc negotio explicando ſententiae, adeo ut tot fere, quot philologi, quorum quisque ſuum foetum lambit, reperiantur. PAULUS enim FAGIUS quem inſigni plane elogio mactat SAUBERTUS Pal. Phil. p. 362. ſtatuit. חטאת eſſe peccatum omiſſionis, אשם vero commiſſionis, quocum etiam facit GROTIUS ad *Lev.* V. utut ſibi non conſtare videatur. Conf. *Lev.* IV. Verum haec ſententia aperte ſcripturae S. contradicit.

AUGUSTINUS *Qv. XX.* & GREGOR. *Hom. XXI.* in Ezech. invertunt, quorum poſterior illud ſuper addit, quod peccatum ſit inopere, delictum in cogitatione; ſed hi videntur naturam delicti non aſſecuti, inſimulque aperte contra ſcripturam loqvuntur. ABARBAN. *Praef. ad Lev. f. 3. b. Col. 1.* חטאת ואשם שני הם באים על חטא חטאת הוא כשיודע האדם שחטא בשגגה והאשם בהיותו מסופק אם עבר על אותה מצות לא תעשה אם לא עבר: *Sacrificium pro peccato & pro noxa, utrumque pro delicto fit. Illud eſt, quando quis certo novit ſe peccaſſe per errorem, hoc quando dubitat.* Sed hic doctus alioqui, non ſatis rem extricavit, cum dicta, non niſi de אשם תלוי valere poſſint.

ABENESRA ad Lev. V. *Quod legis ignorantia fit,* חטאת, *quod oblivione* אשם *dictum vult.* Sed hac ratione אשם תלוי excluditur.

HILDEBRANDUS *Antiqq. p. 48.* חטאת eſſe dicit, *quod ſolum Deum reſpiciat,* אשם *vero, quod praeter ſacrificium Deo offerendum etiam reſpectum habeat ad hominem.*

Sed

Sed iterum אשם תלוי hic exulat, quamvis & OUTRAMUS *l. c p. 145.* cum eo faciat.

SAUBERTUS F. *de ſacrif. Vet.* C. III. p. 57. חטאת putat errorem per ignorantiam admiſſum, אשם vero ex malitia & electione patratum, quae ipſa eſt ſententia BONFRERII ad *Lev. IV.* SIGONII *de Republ. Ebr. L. IV. C. VII.* provocantium ſcilicet ad autoritatem JOSEPHI *L. III. Antiqq. C. X.* Cui ſacerdoti credendum eſſe exiſtimant MENOCHIUS *de Republ. Ebr.* p. 199. & RELAND. *Antiqq.* p. III. C. IV. Haec ſententia, utut abſolute improbanda non ſit, pugnare tamen videtur cum *Lev. V.* 15. omnibusque Judaeorum aſſertis, qui uno ore aſſerunt, quod nihil referat in hoc ſacrificio בין מזיד בין בשגגה *Sive data opera ſive per errorem flagitium admiſſum ſit.*

*Cornelius a* LAPIDE cum HIERON. & PROCOP. ſtatuit, quod אשם ignoranter, חטאת vero ſcienter commiſſum ſit. Quae tamen ſententia nulla ratione ſtare poteſt.

JOH. LIGTHFOOT. Differentiam ſaltem gradualem inter haec duo agnoſcit. T. I. Opp. p. 708. & hactenus quidem parum videtur differre abiis, qui אשם levius quid eſſe malunt, quo inclinant GUSSETIUS *Comm. Ling. E.* p. 100. qui ſimul in ea verſatur opinione, quod differant ut genus & ſpecies; ſed errat in eo, quod ſibi perſuaſum habeat, ad חטאת reduci potuiſſe אשם, permutatione ſc. ob paupertatem facta: VATABLUS item & RELANDUS l. c. §. 2. quorum poſterior addit, quod אשם fuerit offerendum, quando homo confeſſus fuerit peccata, provocans ad Lev. IV. 28. Sed ille locus vix probat

quod

quod debebat; diſtinguit enim tantum אשם תלוי ab אשם ודאי. Vid. & BASHUYSEN. Syſt. *Antiqq.* p. 243. & 244. LANGIUS *in Myſt. Chriſt.* p. 432. Hae potiores ſunt eruditorum, de re ſatis ardua ſententiae. Plures addere potuiſſemus, niſi chartae id prohiberet anguſtia. Illis tamen aſſentimur, qui leviorem in אשם agnoſcunt culpam. Miſſa faciamus Naſiraeorum & lepra pollutorum ſacrificia, qvum horum nullam hic habere poſſimus rationem, ambobus utpote ſacrificiis purgandorum. Potiſſimum argumentum illud eſt, quod peccatum per חטאת expiandum, ſi data opera confectum ſit, exciſionem meruerit. Non enim leviora tantum peccata per אשם ודאי redimenda erant, ſed & ipſum אשם תלוי culpam expiabat leviorem, cum בעל הקורבן dubitare debuerit, utrum admiſerit, nec ne, adeoque a parte ipſius offerentis levior omnino culpa ſit. Fatemur tamen nos nemini eam obtrudere ſententiam, verum quemlibet ſuo abundare ſenſu libentiſſime permittimus; ſi quis vero meliora, omnibusque liberata difficultatibus proferat, facilem ipſi dabimus aſſenſum.

Haec ſunt quae de re praeſenti diſſerere placuit. Plura omiſimus, quae commode afferri potuiſſent, ne nimis excreſceret opella. Omnia igitur in compendio pro inſtituti ratione exhibuimus.

# S. D. G.

*Errata cum nonnulla irrepſerint, nec locus vacet ea adjicere, benevole, Lector peritus, & facile emendabit.*

*p. 36. pro tribus, lege duabus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-847726-p0018-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-847726-p0019-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-847726-p0020-0

AB 153000 (1)

ULB Halle 3
003 948 544

5b.

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-847726-p0021-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-847726-p0022-1

...PICIIS
...AGNIFICENTISSIMI
...NCIPIS AC DOMINI
...ICI AVGVSTI
... ET ELECTORATVS
...N. HEREDIS
... DE
...אש
... Sive
...O PIACVLARI
... NOXA
...RENDO,
... *Jun. CIↃ IↃ CCXVII.*
... Pomeridianis
...iſſerent
...AESES
...ENRIC. ERDMANN,
...*othanus.*
&
...PONDENS
...ORG. HEINSIUS,
...*ottera-Thuringus.*
...RT. TERTIA.

---

...*RGAE SAXONVM,*
...NI SCHROEDERI, ACAD. TYPOGR.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-847726-p0023-7